



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Pivs Papa V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Bulla Santissimi D. N. D. Pij diuinæ prouidentia Papæ Quinti Super reservatione beneficiorum propter hæresim vacantium.

*Vniuersa beneficia cuiuscunq; generis fuerint, vbi cunq; propter crimen hæresis à beneficiariis cōmis-
sum vacauerint, ordinatiōni & dispētationi sedis Apostolice reseruātur. In nullis vero imprestationibus
beneficiorū quocunq; modo habitus aut qualificatis cōprebenduntur beneficia ob crimen hæresis vacan-
tia aut vacatura, nisi in imprestationibus /pecialis vacationis modus, propter hæresim, expressus fuerit,
aut per imprestantem crimen fuerit deducētum in iudicium, & super eo fuerit lata sententia favorabilis.*

Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno Do-
minii 1566.

Ex archivio Ge-
nitals inqui-
sitionis Roma-
nae & Bullario
Pii V. impeditio
Rome.



V. M. ex Apostolatus officio nobis (meritis licet imparibus) credito, cura dominicigre
gis nobis immeat generalis, & exinde teneatur, more vigilis pastoris vigilare, &
attentius prouidere, ut ecclesijs, monasterijs, & quibusuis aljs beneficiis ecclesiastis
cū nunc & pro tempore, propter crimen hæresis, vacantibus, & vacaturis, tales viri
eis præficiantur idonei, qui detestandas, ac nefarias hæreses diabolo disseminante cō-
tra veræ, & orthodoxæ fidei putitatem exortas, de agro Domini extirpare, & popu-
los sibi commissos ad catholicæ Ecclesiæ veritatem reducere, doctrina, verbo, & boni operis exemplo
valeant. Præmissorum itaq; consideratione induiti, & alijs ad id suadentibus rationabilibus causis,
nonnullis et prædecessorum nostrorū vestigijs inhærendo, Motu proprio, non ad alicuius nobis super
hoc oblate petitionis instantiam, sed de mera nostra voluntate, & deliberatione omnia & singula be-
neficia ecclesiastica cum cura, & siue cura, sæcularia, & quorumvis ordinum etiam S. Ioannis Hiero-
politan, & aliatum quarumvis militiarum regulatia, quacunq; & qualiacunque sint, etiam si sæ-
cularia, canonicatus & præbenda, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus
etiam metropolitanis, vel collegiatis, & dignitates ipsæ in cathedralibus etiam Metropolitanis post
pontificales maiores, seu collegiatis ecclesijs huiusmodi principales. Regularia vero beneficia huius-
modi monasteria etiam consistorialia, prioratus, præpositura, præpositatus, dignitates etiam conœcta-
les, personatus, administrationes, vel officia etiā claustralria : ac hospitalia & præceptoria, & alias quo-
modocunq; qualificata fuerint, ordinationi & dispensationi nostra, & sedis Apostolica hac perpetuo
constitutione valitura, auctoritate Apostolica tenore præsentium reseruamus. Declarantes omnes &
quascunq; imprestationes de beneficijs, vt præfertur, quomodo cunq; qualificatis, certo modo in futu-
rum faciendas, & obtinendas beneficia huiusmodi propter hæresim vacantia, & in futurum vacatura
non comprehendere, nisi specialiter, & dispositiue vacationis modus propter crimen hæresis impre-
sus fuerit, & illum nullo modo sub quibusuis clausulis & decretis comprehendendi quantumcunq; gene-
ralibus in quibusuis gratijs & concessionibus per nos & Romanos Pontifices successores nostros fa-
ciendis, etiam per fiat, signatis & concessis, ac decernentes omnes & quacunq; imprestationes de qui-
busuis beneficijs, vt præfertur, qualificatis, haec tenus factas & obtetas, nisi eatum vigore in iudicio per
imprestantes crimen huiusmodi deducētum fuerit, & super eo sententiam favorablem obtinerent, vel
dictorum beneficiorum possessionem affecuti fuerint, ad vacationem huiusmodi propter crimen hæ-
resis se non extenderet, & illum neminem comprehendere, sique per quoscunq; iudices, & commissa-
rios quavis auctoritate fungentes, etiam sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, iudicari & interpretari
debet: Irritum quoque & inane si secus per quoscunq; quavis dignitate & auctoritate præditos, iu-
dicatum fuerit, decernimus. Volumus autem quod præsentes litteræ in Cancellaria nostra Aposto-
lica, & Acie Campi Flora de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valutas describan-
tur. Et quia difficile forer præsentes ad singula quaque loca deferti, volumus & etiā declaramus, quod
earum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius prælati mun-
is, eadem protius fides adhibetur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibiti vel ostenta-
ti ergo omnino hominum licet banc paginam nostræ referuationis, declarationis, decreti, & voluntati
infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignatio-
nem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum
Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1566. Sexto Calen. Febr. Pontificatus nostri
anno secundo.

Visa de cutia Io. Rouetius R.

Registrata apud Cesarem secretarium.

Locus † sigilli plumbei.

Anno à Nativitate Domini M. D. L X V I I . Indictione decima, Pont. S. in Christo patris,
D. N. D. Pij, diuinæ prouidentia Papæ V. Anno secundo, die vero xvij. mensis Februario. Retroseri-
ptæ litteræ affixa & publicatae fuerunt ad Valvas Cancellarie Apostolice, ac in Acie Campi Flora, per
nos Antonium Clerici, & Ioh. Andream Rogerium prædicti S. D. N. Papa Curforos.

Gz. Glorierius.

H. Cumyn.

Scipio de Orléanais Mag. Cur.

PIVS